

similes decisiones apud Marchefanum de commissionibus. 2. part. cap. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittat. §. unico. à num. 37. cum sequentibus. ubi late de hac duplici via comparandi. & de virtutibus effectibus. & ad finem eiusdem. §. plures reconfert decisiones Rotæ ad litteram. de quo etiam videndus inferius à n. 71. cum sequentibus. veris. Nostri hæcenus verissima. vique ad finem huius cap.

Et de hac duplici via veniendi ad iudicium 67 inter alios motum. §. ultra citatos videbatur Seraphin. decis. 906. sub num. 1. & Rota in motis Regalis iurisdict. l. 7. 1602. coram Cardinal. Melino impressam penes Marchefan. de commiss. tom. 1. fol. 265.

Et quod tertius appellans à sententia. vel dicens de nullitate sententia facit suam illam sententiam. & omnia acta per prius gesta. ultra Marchefanum ubi supra. probat Achilles decis. 12. de appellat. Puteus decis. 71. lib. 3. Rota decis. 98. num. 5. part. 1. in recent. & fuisse dictum in dict. Montis Regalis. impressa penes Marchefan. & in eadem decisione coram bonæ memoriæ Pennia impressa penes eundem Marchefan. tom. 2. fol. 267. Olierius Beltramin. in annotat. ad decis. 259. num. 8. & vide eandem decisionem.

Quare de hoc tertio pro suo iure principali 69 exclusivè comparando. & quando eligat viam prosequendi acta iam gesta. illaque in eodem statu assumendi. idem omnino iudicandum erit. ac de eo. qui venit defendendo. & omnia de hoc dicta hæcenus in illo repetenda erunt. etenim cum efficaciter vna eademque instantia connexè. iudex appellacionis. coram quo comparat (quia hac via electa quocumque comparere potest. sicut alter defensus indistinctè) non tenetur illius causam remittere ad Ordinarium. nec Delegatum inter actorem & reum datus ex commissione propria manu Sanctissimi eandem remittere tenetur. nec per hunc Supremum Senatuum mandabitur. ex hæcenus late deductis. & comprobatis maximè à num. 54. & seqq.

Et uterque casus comprobatur. quia non dicitur in commissione omisum. quod est connexum. incidens. aut consequens. Bald. in c. 1. num. 1. de Capitaneo qui curam vendidit. Curtius Junior. consil. 239. num. 40. volum. 3. Felinus per plura exempla in cap. transato de constitutionibus. Hippolytus in rubrica de fidei iuribus. à num. 215. vsque ad num. 219. Fulvius Patianus. de probationibus. cap. 26. num. 43. lib. 1. optimè Ioannes Baptista Leonelus de subreptione rescripti. quest. 18. art. 7. & 8. Narbona in l. 20. glossa 22. lib. 4. tit. 1. à num. 34. vsque ad 42. tom. 3. Recop. & quia multa licent per sequelem. & accessionem.

Nostri hæcenus verissima resolutio. nempe 71 tertium venientem ad causam pro suo proprio iure non alium defensorum posse dupliciter comparere. vel ut in prima. ut noviter lis cum eo agitur. vel in eodem statu. quo ultimo faciat omnia acta inter alios. & sententias suas: vno & singulari modo limitatur. nempe quando iste tertius comparavit re iam iudicata. & vel translata sententia in rem iudicatam. nam tunc iste tertius sic comparans pro suo iure independenti. & principali. proprio & personali in eodem statu & terminis. & appellans simul intra tempus à sententia. aut dicendo de nullitate

actorem. licet illa sententia faciat numerum quoad se. puta quia vel prima sit. vel secunda duas. vel vnam aliam instantiam nihilominus habere censetur. provt March. 2. part. cap. 6. quando tert. ad causam admittat. §. unico. n. 36. & seqq.

Ac sæpe determinavit Rota in decis. statim referendis. & quibus ratio redditur. quia sic & hoc tempore comparans appellans. & dicens de nullitate. non videtur accipere statum causæ. & sententiæ cum illa qualitate transitus in rem iudicatam. cuius intentio colligitur ex appellacione interposita: ad quid enim appellat nisi eo animo. ut iterum audiatur super iure iudicatis? Quia hoc repugnat intentioni eius. qui petit se admitti ad effectum impugnandi dictam sententiam. & tendendi aut consequendi ius à se preteritum. & Contraria enim sunt. facere rem iudicatam suam. & sententiam impugnanam. imò & admissio ad causam presupponit eam adhuc durare. non autem extintam penitus esse. Itaque cum via approbatio & consensus sit limitatus. non nisi limitatè. & restrictè est accipiendus: & qui consensus seu voluntas quæ inducitur. & colligitur ex facto alicuius. non extenditur ultra quod ex ipso facto de necessitate inferatur. latissime comprobatur Surdus decis. 33. à n. 9. cum seqq. ubi de variis doctrinis. abundè etiam Carlebal. in tract. de iudiciis disp. 2. à num. 381. fol. 171. & num. 992. fol. 420. & est text. in l. fin. C. de vxor. pro marito.

Ve secus sit. quando iste tertius simpliciter 76 admitti petit in eodem statu. & nullam desuper appellacionem prorumpens. quo casu approbare censetur sententiam cum qualitate transitus in rem iudicatam. hæc distinctio nempe pluries sequuta fuit Rota validè comprobans fundamentis. ut apud Seraphinum decis. 397. per totam. Achilles decis. 13. de appellat. & in vna Cordubens. sacrorum. 24. Januarij 1590. coram Seraphino. qua amplissimè supradictæ rationes recensentur. quam & plures alias ad idem recenset Marchefanus de commissionibus. 2. part. c. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittatur. §. unico post eundem. §. fol. 253. quæ decisio apud eundem est in ordine 2. quam etiam distinctionem per totum. §. amplexus fuit. & simul inferuit praxim Curia Romanæ super modo expediendi hæc commissiones. quando nempe tertius pro suo iure principali comparat. siue in eodem statu. siue ut in prima. vel denud cum eo causa agenda sit à prima instantia.

Quantum autem ipse Marchefanus. ibidem aduertit. & solere Romanam Curiam huius causam tertij remittere ad eundem iudicem Delegatum. qui de causa coram se mota & pendente inter alios cognoscit. cautè legendus erit. Etenim in Hispania (vbi Concil. Trident. ad vnguem observatur. & observari facit Rex noster) non ita indistinctè admittitur ista commissio. sed iuxta potius distinctionem hæcenus à Nobis comprobata in discussu huius capituli. Etenim si iste tertius comparat pro suo proprio iure independente à iure litigantium à quo (ut diximus) nova instantia (quæ cura eo prima est) lis mouetur. ac propterea. vel commissio subscribenda est propria manu Sanctissimi. ne repugnet formæ. & dispositioni. cap. causa omnes. vel per Senatuum ad Ordinarium causa ista remittenda.

At si istemet tertius comparans eligendo aliam

79 aliam viam in eodem nempe statu. & tunc cum adit causam connexas: sua nova commissio alia subscriptione non eget. provt abundè comprobatur fuit hæcenus.

Et tandem animadvertendum erit obiter aliud. scilicet. quod colligitur ex Rotæ decis. in vna montis Regalis iurisdictio. 1. Iulij 1605. coram Pennia in fin. adducta per Marchefanum de commissionibus. 2. part. cap. 6. de commissionibus. quando tertius ad causam admittat. post §. unico. quam sequitur fuit doctrinam Marchefanus ipse ibidem. in dict. §. unico. num. 29. quod ille tertius pro iure suo principali potest comparere. & admitti coram eodem iudice Delegato. cuius causa principalis inter alios mota fuit commissio. nempe virtute clausulæ (quam & quas) in commissione inserta: ut tunc. in Hispania hoc locum habet. & quando dicta clausula fuit apposta in commissione subscripta propria manu Sanctissimi. quia aliter dictam clausulam (quam & quas) quoad negotia separata & distincta. requiriturque primam instantiam. amittere hodie suos iuris communis antiquos effectus. aperte monstrauimus. & validissimè comprobauimus infra hæc 2. part. cap. 32. per totum. quo te remittimus. pro latiori cognitione.

CAPVT XIV.

In iudiciis mixtis. iuribusque connexis commissionem manu Sanctissimi non subscriptam contra reos existentes sub diuersis Ordinariorum districtibus impetratam. an Senatus retineat. & causam singulis Ordinariis remittat. Et quid si à Nuntio Apostolico. etiam contra exemptos hæc manuerit commissio?

S V M M A R I V M.

Causa communis. mixta. seu connexa qua commode non separatur. ut in exemplis coram eodem iudice tractatur. ne continentia eius diuidatur. num. 1.

Defensionis cum inter omnes est vnica causa. ne sequatur absurdum. ut diuersa sententia. aut contraria ferantur. ab vno iudice cognoscitur. num. 2.

Connexitas in iure inducit inseparabilitatem. num. 3.

Continentia causæ ex quibus rationibus non diuiditur. sed coram vno iudice tractari debet. num. 4.

Clerici. & laici simul conuentorum ut heredum vnus causa coram vno iudice. nempe Ecclesiastico erit tractanda. num. 5.

Etiamsi vnus ex pluribus conuentis sit Clericus dumtaxat. num. 6.

In causa indiuidua. & communi. socius non privilegiatus gaudet privilegio fori sui confoci. num. 7.

Secus si causa sit indiuidua inter socios. habentes ius communitæ. num. 8.

In causa indiuidua si vnus ex sociis est Clericus. tota deuoluitur ad iudicem Ecclesiasticum. n. 9.

Contra plures si agatur duplicibus iudiciis familie exercenda. tutela aut cura. &c. Er vnus sit Clericus coram iudice Ecclesiastico. conueniuntur ratione connexitatis iudicij. num. 10.

Pronocati ad duplicia iudicia sunt rei. & pronocant actor. ibidem.

Diuisio hereditatis facienda inter cohæredes pronocatos. si vnus sit Clericus. ad vnum iudicem. nempe Ecclesiasticum pertinet. num. 11.

Redditio rationis tutela. cura. vel alterius administrationis est indiuidua. que nullam separationem recipit. num. 12.

Actio tutela. & negotiorum gestorum dicitur causa continens. inseparabilis. & indiuisibilis. num. 13.

In iudiciis mixtis commissio impetrata contra plures conueniendos. sub diuersis Ordinariorum districtibus degentes. non indiget subscriptione manus Sanctissimi. nec in Senatu retinetur. sed pari traditur. ut illa vtiatur coram suo Delegato. num. 14.

Ratione causæ indiuisibilis omnes rei diuersorum fororum sunt conueniendi coram vno iudice omnium superiore. num. 15.

Administratores plures eiusdem tutela loco vnus sunt. & simul reddere tenentur rationem. n. 16.

Concil. Trident. non fuit legitimos modos. ex quibus de iure communi licitè recedatur ab Ordinario in prima instantia. num. 17.

Protectio Concilij præstatur à Rege ob bonum publicum. ne litigantes extra Prouincias suas cogantur ire. num. 18.

Reipublice maius inferitur damnum causam inseparabilem coram diuersis iudicibus tractando. num. 19.

In iudiciis mixtis vnus omnium est finis. & omnes vnus loco habentur. & eisdem perseruat officium eorum. num. 20.

Actio tutela. & administrationis. sicut est indiuidua respectu administratorum. ita & hereditas ipsorum. num. 21.

Omnium causa coram vno iudice. & Ecclesiastico tractatur. num. 22.

Redditio rationis promissa à defuncto. cum sit in origine indiuidua. ita inter mille heredem eius conseruatur. qui omnes in solidum tenentur. num. 23.

Obligatio rationis reddenda continet factum. quod in ea deductum est indiuiduum. num. 24.

Rei quandoque coniunguntur ratione indiuisibilis instantia. ut in Clerico. & laico obligatus in solidum. num. 25.

Commissio in iudiciis mixtis contra plures consortes impetrata. etiam non subscripta singulis eorum. non remittitur Ordinariis. n. 26.

Quod procedit. est omnes conueniendi sint Clerici. aut Religiosi. siue omnes laici. & aliqui Clerici diuersi fori. quia coram superiori Ecclesiastico omnes simul licitè conueniuntur. n. 27.

Clerici. & laici simul delinquentium causa inter suos iudices diuiditur ex obseruantia communi. scilicet ea cessante. num. 28.

Commissio in iudiciis mixtis obtenta à Nuntio contra conueniendos. sub diuersis Ordinariorum districtibus degentes. per Senatuum traditur pari. ut coram Delegato ea vtiatur. num. 29.

Nuntius in iudiciis mixtis contra reos exemptos validè expendit commissionem in prima instantia. num. 30. & sequentibus.

Nuntius Hispania datur à Sede Apostolica cum potestate

potestate Legati de latere, num. 31. Nuntius cum potestate Legati cuncta, que iste potest, & ipsi commissi intelliguntur, nisi aliter per secretam instructionem sua limiteur potestas, num. 32. Legatus de latere cognoscit de causis exemptorum, num. 33. Cognitio de exemptis est de reservatis Sedi Apostolica, quam representat Legatus à latere, num. 34. Papa eximendo ab Ordinario, non censetur eximere à potestate Legati à latere, num. 35. Inter plures reos conveniendos in actionibus mixtis, siue Clericos, siue laicos, si ad sit exemptus, Nuntius vti omnium superior Ecclesiasticus, licet expediat commissionem in prima instantia; per Senatum non retinendam, num. 36. Erasmii à Cochier opinio falsa ostenditur, dicentis quod Nuntius habens facultatem cognoscendi de appellationibus à Delegatis Papa ad Sedem Apostolicam interpositis, non possit cognoscere de emissis à Conservatoribus exemptorum, n. 37. & sequentibus. Conservator magis accedit ordinaria jurisdictioni, num. 38. Nuntius principalis potestas est circa appellationes ab Ordinariis emissas, & propterea circa interpositas à Conservatoribus loco Ordinariorum habitas, num. 39.



VANDO causa sit communis, mixta seu connexa, & quæ commodam divisionem non recipit, vt in iudiciis mixtis familie erigenda, communi diuidendo, finium regendorum, administrationis, tutela & curæ, & aliis variis exemplis in discussu vide natis; coram vno, eodemque iudice omnino erit tractanda, ne eius contentia diuidatur, text. est in l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, l. nulli. C. de iudiciis, cap. per vias de arbitris, & text. argument. in l. si communes, ff. quemadmodum. seruatur. amittant. l. si aliena, ff. de solutionib. cum sit inter omnes vnica, & eademque causa defensionis, & ne sequatur absurdum, si in vna, eademque causa varie sententia profertantur, & inter eundem contraria; ita late concludit Socinus consil. 12. num. 17. lib. 1. & consil. 32. column. vltim. vers. Nona conclusio, lib. 3. post B. in l. precipimur, 32. §. eodem obseruanda, in fine & ibi etiam Bald. in fin. C. de appellationibus, idem Bartol. in l. si solent, 3. num. 14. in fin. ff. de alimentis, & cibariis litigatis. Alexand. consil. 122. num. 16. in fin. & ibi additio, in verbo, vterque, lib. 4. Marfil. singular. 18. à plura v. 2. cum sequentibus Bo filius de foro competens, num. 146. Couarr. practic. ar. quest. 36. num. 1. & 2. & est conclusio ab omnibus approbata, quam multis exemplis comprobat Decianus in praxi lib. 4. cap. 9. num. 44. fol. 158. Prosperus Farin. quest. 8. num. 151. Gregorius Natta in cap. quamuis, à num. 208. vsque ad num. 311. de pallis, in 6. tom. fol. 226. Petrus Sured. consil. 22. num. 3. lib. 2. & in tractat. de alimentis, tit. 9. quest. 14. num. 2. & 3. Neulanius in Syll. a nuptial. lib. 6. à num. 38. vsque ad num. 44. G. dei an. disceptat. forens. cap. 641. per totum, lib. 4. vbi mitabiliter Merces cap. 641. per part. quest. 36. num. 109. & videnda plura conductibilia à num. 96. late etiam Castellus controuers. tom. 6. cap. 165. à num. 47. & sequentibus. Ma-

strillus decis. 69. per totum. Bobadilla lib. 2. c. 17. à num. 90. cum segg. Ioannes Gutierrez, practic. lib. 1. quest. 6. num. 9. & plures alij citandi, connexitas enim causarum in iure nostro inducit inseparabilitatem, l. eum actum, 18. ff. de negotiis gestis, l. cognitio, 18. cum leg. sequent. ff. de liberali causa, & ideo simul iudicari, & terminari debent, pro cuius ab absurdo, & inconuenienti ex separatione contentia, connexitatis, aut communis causæ orto, cum vt diximus, potest contingere, vt ex eisdem meritis causæ contraria sententia profertantur contra auctoritatem rerum iudicatarum, & Tribunalium iudicantium: tum etiam quia salubrius est, ne lites multiplicentur, & partes vterque eadem causæ contentia, & connexitate habentis per diuersa Tribunalia vixentur tanto earum dispendio, atque denique ex eo quod magis instructus, & informatus de omnium iuribus vnus & idem iudex poterit melius iustitiam iudicare de principali, & connexis, quam separatim per diuersos, atque ideo legitime operari, vt vnus & idem iudex de vtroque cognoscat, vt probant vltra iam relatos DD. doct. Ioannes Baptista Leonelus in tract. de subreptionibus rescriptis, g. 28. à num. 7. & 8. per totum. Casar Ruginellus ad statuta. Mediolanens. §. 6. glof. 1. cap. 1. num. 16. Gail. obseruat. 255. Gifanius ad l. 1. C. de ordin. iudicio. Adrianus Negulan. quest. 360. à num. 25. Menochius de arbit. lib. 2. cap. 28. & cap. 26. Alciatus lib. 1. Pereggon. cap. 9. idem Gail. lib. 1. de pace, cap. 6. Gilquenijs, & Scharh. in l. nulli. C. de iudiciis. Hinc est, quod cum fuerint contenti Clericus & laicus, & tanquam hæredes vnus defuncti, causa non diuiditur, sed coram vno iudice erit tractanda in Rota, scilicet, vel alio iudice Ecclesiastico competente, tanquam magis digno, vt testatur Gratianus in his terminis ex multis Doctoribus modo citatis in dicit. cap. 641. num. 1. & 2. vbi cum Deciano, Firapione, Georgio Natta, Neulani, & aliis dicit opinionem ab omnibus receptam, & est decisio Rotæ apud Seraphinum 958. vbi loquitur de fratribus Aldobrandinis, & qui omnes fuerunt remissi ad iudicem Ecclesiasticum, quamuis essent laici, cum vnus ex eis esset Clericus & Auditor Rotæ, licet etiam ageretur de bonis patrimonialibus, cum respectu fori nulla sit facienda distinctio, & ipse Gratianus disceptation. tom. 1. cap. 115. num. 8. ita inquit: Quemadmodum dicimus de socio habente privilegium fori, & quia eius causa erit tractanda coram Ecclesiastico, etiam quoad alios socios non habentes illud privilegium, quando est communis, & indiuidua Bald. in l. precipimus, 32. in fine. C. de appellationibus. Socinus consil. 32. super questionibus, column. vltima, in princip. num. 10. versicul. Nona conclusio, lib. 3. Arctinus consil. 25. visio themate, column. fin. Circa secundum. Couarr. practic. quest. cap. 34. column. 2. n. 2. vers. Quod si contingat. Et idipsum voluit Ioannes Gutierrez lib. 1. quest. 19. in hæc: Non obstant fundamenta adducta pro contraria opinione, quia ipsa loquuntur, & procedunt in rebus, & causis connexis, indiuiduis, & inseparabilibus: Nos vero agimus de diuiduis. Quare si essent in causa indiuidua, & communis, ita quidem vt nulla possit congrua distinctio, nec diuisio fieri inter socios, quorum alter fori privilegium haberet, tunc tota causa etiam quoad socios

focios non habentes privilegium, esset tractanda coram iudice illius, qui fori privilegium haberet, vt ex dict. l. communem. ff. quemadmodum seruatur. amittant. annotariunt varia exempla fingentes plures relati à Couarr. vbi supra dict. num. 2. & c. quem sequuntur Castellus controuers. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. & Don Garcia Mastrillus decis. 269. & iterum ipse Gutierrez lib. 39. cap. 30. præcipue à num. 48. Marta de iurisdiction. part. 4. Centur. 2. casu 118. per totum, & ipse Marta 2. part. cap. 1. num. 20. Petrus Surtus de alimentis, tit. 9. num. 3. ibi: Item in causa indiuidua, & si vnus ex sociis est Clericus, tota causa deuoluitur ad iudicem Ecclesiasticum, vt post multos à se adductos ponit Mathæus, &c. Et ex hac causæ connexitate, eiusque contentia indiuiduilibi deditur, & quod si agentium sit contra plures duplicibus iudiciis vide licet, familiariter erigenda, communi diuidendo, aut finium regendorum, vel contra plures tutores, & Curatores eiusdem tutela, & Curæ, inter quos adesset aliquis Clericus ex causa prædicta, cum semper sit ad eundem vnus iudex (contra prouocatos, qui proculdubio rei sunt, & prouocans actor, ex l. in rebus, ff. de iudiciis. Romanus consil. 117. num. 1. Afflicti decis. 268. in fin. Decius consil. 487. num. 10. in princip. & consil. 668. in fin. Caputaq. decis. 11. num. 1. p. 2. Rota vt per Farinac. in posthumis, tom. 1. decisio. 213. num. 3. & probat omnes hæcenus allegati Doctores, & allegandi, & alibi passim) is debet esse Ecclesiasticus tam aduersus laicos, quam aduersus Clericos, prout in alijs causis, & casibus, in quibus talis remissio est facienda ad eundem iudicem Ecclesiasticum, iuxta cap. si iudex laicus, de sentent. excomm. lib. 6. ita in his terminis probat eleganter Socinus in cap. prudentiam, el. 1. column. 23. post medium, vers. Et ex prædictis ego infero, num. 30. in fin. fallentis 8. de multis petitionibus, quem sequuntur Felinus in cap. 1. column. 5. ad fin. vers. Et vltima adeo gustat, num. 7. ad medium de prescription. vbi dicit esse importantissimum, & ab alio non tractum, quod etiam refert & notat Thomas Ferrar. cautela 10. incipit, si contingat plures laicos, sequitur etiam Gratianus in disceptat. forens. tom. 4. cap. 161. à num. 5. & sequentibus. Mastrillus dict. decis. 269. Castillo in controuers. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. Et quod quando Clericus, & laicus sunt hæredes instituti, & inter eosdem facienda est diuisio, si inter prouocatos adesset Clericus, vt ad eundem iudicem Ecclesiasticum, scilicet, causa pertinet; probat B. in l. solent, in penult. column. ff. de aliment. & cibariis. legatis. Marfil. in repetition. rubric. ff. de fideiusso. num. 153. quos sequitur Carolus de Grassis de effectibus. C. ericæ, effectu 1. num. 520. quia cum causa sit indiuiduabilis, eo quod diuisio hereditatis cum omnibus fieri simul necesse est: ideo ad vnum iudicem recurrendum, ne causæ contentia diuidatur, vide Moreheem de diuis. honor. lib. 1. cap. 3. num. 7. & à princip. Valascum de partition. cap. 7. qui alios referunt. Est enim extra dubium, quod causa redditionis rationem administratæ tutela, & curæ, alteriusve administrationis nullam recipiat diuisionem, si que omnino indiuidua, Bald. in l. plures, 6. num. 17. in fin. column. 5. ad med. vers. Item si iste vellet reddere rationem. C. de con-

ditionibus inferis. Menoch. de arbitrarijs, casu 209. num. 3. i. Roland. consil. 81. num. 36. lib. 1. Atque etiam in specie quod actio tutela, & curæ, & negotiorum gestorum dicatur causa continens, inseparabilis, & indiuiduabilis, probant Glossa in l. nulli, in verbo, continet. C. de iudiciis, vbi Angel. in princip. versicul. Et scias, Ias. num. 3. vers. Secundo dicuntur. Albericus ante fin. vers. Item vbi est identitas personarum, & actionis. Sicard. num. 6. versicul. Secundo dicitur causa column. 1. post princ. Decian. consil. 99. num. 10. versicul. Vel & tertio ratione actionis, lib. 2. Afflicti decisio. 354. num. 13. in principio, vers. Tertio, vbi est identitas personarum. Menochius de arbitrarijs, casu 37. num. 10. vers. Secundum exemplum. Gratianus disceptat. tom. 4. cap. 641. à num. 8. & sequentibus. sequitur Castillo controuers. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. Ex qua quidem doctrina abundè comprobata, & vt ratione connexitatis, & causæ contentia ipsa nullatenus diuidatur, sed in predictis actionibus, & iudiciis mixtis ad eundem vnum iudicem pertinet; sequitur manifestè quoad propositum nostrum; quod si in his actionibus, & iudiciis mixtis contingat, quod rei conveniendi sint diuersi Ordinariorum districtibus, diuersisque Ordinarijs subiecti, cum causa ipsa coram omnibus tractari diuisim nequeat, recurrendum sit ad Superiorem omnium qui de tota causa cognoscat, si que è Romana Curia commissio ad hos reos conveniendos impetrata non indigeat subscriptione manu propria Pontificis, cum iure communi & Canonico hoc casu licet permittratur Ordinarios omittere. Nam quando agitur ad eundem finem, & sumus in pluribus & reis eiusdem causæ, etiam subiectis diuersi jurisdictionibus, pluribusque, & diuersis iudicibus: processus erit tractandus coram vno omnium iudice superiore propter eandem, & indiuiduabilem causam, commodamque diuisionem minime patientem: docet Bartol. in l. omnes. C. arbitrium tutela, cum alijs adductis à Minsinger. obseruation. 4. num. 2. Centur. 1. & est text. in specie loquens de tutoribus in l. 2. C. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, vbi Glossa in verbo, mittuntur, in fin. notat quod debent omnes simul reddere rationem tutela administratæ, cum loco vnus sint & iuxta l. si quis ex argentijs, 6. §. 1. in fin. vers. Nam est plures tutores, vbi gloss. in verbo, edere. ff. de edendo, & comprobatur etiam Bartol. in l. 2. ad medium. C. de quibus rebus eund. iudic. eatur. vbi, quod ita præceperat Sebastianus Macis in litem, in l. 2. eodem tit. vbi etiam allegat Mindaunum in tractatu de continet. causæ, capit. 2. num. 2. probat etiam Gratianus (vbi eleganter) disceptation. forens. tom. 4. cap. 641. à num. 1. 12. & 13. cum sequentibus, quem etiam referens sequitur Castillo controuers. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. vbi ad litteram eiusdem verba recenfer. Igitur omnimodo fatendum erit, Senatum non posse huiusmodi causam (etiam si propria manu Sacerdotissimi commissio non sit subscripta) Ordinario remittere, cum ex ea nullatenus petuntur prima eius instantia, cum iure communi petmittente licitus reddatur recessus. Certe namque iuris est dispositionem Concilij Tridentini, session. 24. de reformat. cap. 20. & non fuisse casus legitimos, quibus quis ex iuris

iuris communis dispositione licet potest ab Ordinario in prima instantia discedere, probant Franciscus Leo in Theaur. fore. Ecclesiastici, 2. p. cap. 1. num. 75. Ioan. Mariae Nouarius in noui iuris Pontific. practica, conclusio. cap. de causis prima instantia, conclusio. alias 54. num. 31. Augustinus Barbosa in tractatu de potestate. Episcopi, allegat. 81. num. 14. tom. 2. & Nos de Regia prote. 2. part. cap. 17. Gratianus discept. forensibus, tom. 5. cap. 97. à num. 15. & ex aliis, ac etiam ex declarationibus Cardinal. Sacre Congregationis lacius probauimus supra hac 2. part. cap. 5. versicul. plures tamen alij à num. 8. cum sequentibus. & fere per totum cap. & §. 8. ergo cum casus hic sit de exceptis, ac minime comprehensus in prædicto Concilij Decreto; sequitur, vt nullo modo horum causa ad Ordinarium remittenda sit.

Deinde quoniam cum protectio Concilij præferat ob bonum publicum ex iis, que late hac 2. part. cap. 1. & 1. part. cap. 1. & in specie cap. 3. & sequentibus. ne litigantes extra suas Prouincias litigare cogantur, longè maior damnum inferat Reipublice, & ex eo, quod super eadem actione indiuisibili causa diuersis Tribunalibus tractari permittatur, cum propter bonum publicum dispositum sit, ne contentiæ causæ diuidantur, vt quam primum lites finiantur, & ne contrarias sententias circa vnam actionem, eandemque defensionem ferri contingat, & hoc vltra fauorem litigantium simul concurrentem ne frustentur nouis impensis, & nouo labore ad nouum iudicem instruendum, iuxta text. in l. nulli proposita, 10. vbi Ias. num. 2. & 4. C. de iudiciis, Glossa in cap. ultimo, in verbo. super proprietate, eodem tit. & in cap. 1. de causa possessionis & proprietate. Menochius de arbitrar. casu 371. num. 2. & 9. Ignus in repetit. l. necessarij. §. non alias, num. 538. ff. ad Sylanianum, Gratianus disceptat. tom. 4. cap. 641. num. 9.

Et quia in istis actionibus, & iudiciis mixtis, & connexis idem iudicium est ferendum tanquam inseparabilibus, cum circa eandem rem gestoris perseveret officium, tanquam vnus omnium sit finis, & vnus loco iudicentur, & habeantur l. cum actum, 18. vbi Glossa, in verbo, possit, in fin. ff. de negotiis gestis. Menochius de arbitrar. casu 95. num. 5. & 6. post Bald. in l. ampliore, in fin. C. de appellacionibus. Felinus in cap. cum inter, num. 7. de re iudicata. Gratianus disceptat. dict. cap. 641. num. 14. qui num. 15. probat, connexa etiam indiuidua esse, Aimon. consil. 232. num. 2. post Angelum consil. 326. ex themate, col. 3. in 4. dubio, Anchar. consil. 160. præsupponitur in themate, column. 2. vers. item dicitur, Menochius de arbitrar. cap. 91. num. 9. iuxta l. quod conclaue. ff. de damno infecto, l. prædictis. §. balneus. ff. de legat.

Et quemadmodum causa respectu tutorum, & administratorum, & similitum est indiuidua, vt hæcenus diximus, ita etiam erit indiuidua respectu heredum, quorum simul causa omnium apud vnum, & eundem iudicem tractari debet, Farinacius quest. 8. num. 151. limitat. 12. post princip. Gratianus dict. cap. 161. num. 19. tom. 4. Castillo controuersiar. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. ante finem, qui affirmant, & probant, quod si inter hos tutoris, & aut administratoris hæredes vnus sit Clericus, omnium causa simul coram

vno iudice & Ecclesiastico, vt dignori tractanda erit.

Nam cum fuerit promissa redditio rationis administrationis a testatore, & sic ab vno in ipsa origine, & initio, incipit etiam deberi ab vno, & sic a principio nullam recipit diuisionem, vnde licet decedente promissore, multi extent hæredes, omnes tamen in solidum tenentur, & actio est indiuidua, eò quòd ex eorum persona non possit variari prima obligatio, & qualitas illius; que semper durat indiuisibilis, prope erat ab initio, licet etiam essent mille successores, quia iam solidum est in esse deductum, & productum, non autem a principio diuisum, l. 2. §. ex his. ff. de verborum obligationibus. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, 92. n. 7. oppositio. 6. ff. eodem tit. bene Surtus de alimentis, tit. 9. quest. 14. à num. 13. vsque ad 17. Antonius Gomez variarum resolu. tom. 2. cap. 10. de indiuiduis num. 14. vers. Secundo modo factum dicitur indiuiduum, & notat omnes in l. si ii, qui quadragesima, 79. §. quidam. ff. ad legem Falcidiam, & in l. in executione, 85. vbi Castrensis in princip. Alexand. Iaffon, & alij commanier, ff. de verborum obligationibus, Gratianus vbi proxime à num. 20. qui quidem à num. 22. alio medio probat, quod contra tutores, & administratores, eorumque hæredes agitur ad factum, cum promittant rationem reddere, & reliqua soluere, & factum in obligatione deductum est indiuiduum, lacius ibi per eum.

Aliquando autem rei continguntur ex necessitate indiuisibilis instantia, & vt si volo conuenire Clericum, & laicum obligatos insolidum ratione contractus, vt administrationis, vt cum Maftrillo, Doctore Marta, Ioanne Gutierrez, & Gratiano refert Castillo controuersiar. tom. 6. cap. 165. sub num. 47. versic. de eodem etiam.

Quam quidem doctrinam (vt in his iudiciis mixtis, & communibus, & que commode separari nequeunt) commissio impetrata contra locios subiectos diuersis ordinariis, etiam non subscripta manu Sanctissimi non essendat Decretum Trident. nec primam instantiam Ordinarij, nec per consequens ad illos seu illum remittenda per Senatum) procedere intelligas, non solum quando à Sede Apostolica est impetrata contra Reos omnes Clericos, seu Religiosos, & aut alios exemptos; sed etiam procedit, quando inter eos adest Clericus, qui inter alios reos conueniendus erit, quia tunc ratione connexitatis causæ est vnus aduendus iudex, & Ecclesiasticus, vt dignori, vt lacius probauimus, coram quo conueniendi sunt omnes vt copiose, & mitabiliter Gratianus disceptat. tom. 4. cap. 641. per totum, & tom. 1. cap. 115. à num. 6. cum sequentibus. & per totum à princip. singulariter Prosperus Farinacius tom. 1. quest. 8. à num. 151. cum segg. Bobadilla in Politia lib. 2. cap. 21. num. 90. cum segg. Castellus controuersiarum tom. 6. cap. 165. à num. 47. vsque ad finem. Marta de iurisdictione part. 4. Centur. 2. casu 118. per totum, & ipse Marta 2. part. cap. 1. num. 10. Petrus Surtus in tractatu de alimentis, tit. 9. n. 3. & idem Surtus in consil. 222. num. 2. & num. 3. tom. 2. Couarruias practicar. 34. num. 2. versic. Quodsi contingat. Gutierrez practice lib. 1. q. 6. num. 9. & lib. 3. quest. 30. præcipue à num. 48. & concludit Morecheus in tractatu de iuris honor. lib. 1.

lib. 1. cap. 3. num. 7. & alij innumerabiles ab ipsis relati, hæc omnes firmiter conclusionem, & veram sectantes, & conducent rectè, que Nos hac 2. part. cap. 11. versic. Et ex hoc iure conueno à num. 56. cum sequentibus. indubiè Senatus litteras relaxari impetranti, vt in illis coram Delegato suo vtatur, qui legitime iurisdictionem ex tali commissione acquisiuit contra omnes.

Quæ quidem in Civilibus verissima sunt vt omnes Doctores laudati, nemine dempto, affirmant: ac in criminalibus, & quando nempe Clericus, & laicus simul deliquere; quilibet ad suum iudicem, & forum remittitur; vt praxis obtinuit vbiliter visitata, quam probant Farinacius, Bobadilla, & Couarruias locis mod citatis. Qui hi, & alij DD. supponunt commodatam huius causæ inter simul delinquentes posse fieri diuisionem, ac separationem, pro viximæ praxis interpretata fuit, probant etiam alij citati à Castillo controuersiar. tom. 6. cap. 165. sub num. 45. versic. de eodem etiam, &c.

Hæc omnia que hæcenus dicta sunt in hoc capite, circa huiusmodi commissionem in iudiciis mixtis, & in actionibus connexis impetrata à Sede Apostolica, omnia quidem militat absque vlla differentia, & distinctione in commissione simili obrenta ab Illustrissimo Nuntio horum Regnorum Hispaniæ, pro vix generaliter habet locum in alio Superiore, puta Archiepiscopo, cui rei conueniendi omnes, licet in diuersis Diocæsis habitantes subsunt vix suffraganei, sicque repetenda erunt, que diximus hoc capite præcipue, versic. Ex qua quidem doctrina abundè, &c. à n. 14. cum omnibus segg. in quo dubium esse non potest.

Maius tamen erit, an si hi, contra quos in his iudiciis mixtis, & connexis rei fuerint exempti, vel alij eorum; valeat commissio, si à Nuntio impetretur, in quo breuiter firmiterque asserendum erit affirmatiuè. Nuntius namque Hispaniæ habet facultatem à Sede Apostolica cum potestate Legati de latere, vt notissimum est cunctis, & latissimè probauimus infra cap. 21. per totum. Quapropter cuncta potest, & eidem commissio intelligatur, que Legato de latere, vt post prutes DD. videndus Hieronymus Gonzalez in regul. 9. de alternat. glof. 9. in annotat. num. 268. & num. 299. faciunt etiam, que ipse Gonzalez Glof. 12. num. 30. & lacius comprobauimus Nos in 3. tom. tractat. de Regia protectione, prope diem edendo.

Sed Legatus de latere potest cognoscere de causis exemptorum, & notat Glossa in cap. quoad translationem, 6. de officio Legati, & ibidem Augustinus Barbosa in collectan. num. 10. Manuel Rodriguez quest. regularium, tom. 2. q. 62. art. 1. Paulus consil. 28. num. 31. cum segg. Villadiego in tract. de legato. p. 1. q. 8. num. 20. Erasmus à Cochier in tract. de iurisdictione ordin. in exemptos, p. 2. q. 2. num. 7. Felinus in cap. graue, num. 3. de officio Ordinar. Abbas in c. 1. n. 8. de officio Legati. Romanus consil. 398. de quo est text. in cap. 1. veniens, ibi: Vel Legato ab eis de latere, de verbor. significat. lib. 6.

Et ratio, quia licet sit de referuatis Papæ cognoscere de causis exemptorum, & tamen singulari est, & speciale, quod Legatus à latere habeat iurisdictionem in exemptos ex text. in dict. c. veniens, 1. & text. in c. si Abbatem de els.

tionem eodem lib. Tùm etiam, quia (vt inquit Ioannes Monachus) & Papa extendo à iurisdictione ordinarij non censetur eximere à potestate Legati de latere. Nauarrus de datis & promissis pro instituta, notabili 4. n. 101. versic. Secundo per eas, que, sequitur August. Barbof. dict. cap. 1. veniens, n. 3. & 4. & in dict. cap. quoad translationem, sub n. 10. de officio Legati. Ergo similiter Nuntius Apostolicus Hispaniæ, quod & Nos quotidie experimur in hoc Tribunali Nuntij; quo indistinctè cognoscitur de omnibus causis Religiosorum, & aliorum exemptorum.

Et in specie quod Nuntius Apostolicus cum facultate Legati de latere sit iudex exemptorum omnium, post plurimos DD. firmat Pereira de manu Regia, 2. p. cap. 22. videndus à num. 22. & segg. & num. 26. & abundè comprobauimus infra hac 2. part. cap. 21. per totum.

Quare in eisdem commissioibus expeditis in causis his connexis, & iudiciis mixtis contra reos, siue omnes sint Clerici, siue exempti, siue etiam partim laici, omnes doctrinæ hæcenus à principio huius capituli adductæ indubiè procedunt, & locum habent, ita vt eorum eodem Nuntio seu eius Delegato speciali huiusmodi causa sit contra omnes reos, simul tractanda, & nullatenus Ordinatio, seu Ordinariis singulis remittenda, & ita iam in facti contingencia habui, & obtinui in omnibus prædictis casibus, & etiam præcipue in commissione simili Illustrissimi Nuntij.

Hinc venit conterenda quedam falsa tamen propofitio Ioannis à Cochier & in tract. de iurisdictione ordin. in exemptos, tom. 1. q. 1. c. 39. n. 28. dum inquires, an Nuntius, & Legatus, qui in sua commissione habet clausulam cognoscendi de causis appellationum interpositarum à iudicibus à Sede Apostolica Delegatis; an possit cognoscere, & committere appellaciones à Conseruatoribus exemptorum interpositas.

Et hinc inde arguens, (licet obiter) an conseruator sit Delegatus, & an magis sit Ordinarius, concludit tandem ex eo quod magis fit Ordinarius, vt Legatus nequeat cognoscere de huiusmodi appellationibus ab eo interiectis.

Sed hæc argumentatio in eundem retorquetur: etenim Nuntiorum, & Legatorum facultas principaliter data est ad cognoscendum de appellationibus ab Ordinariis emissis, & ad maiorem auctoritatem addit prædicta clausula Delegatorum Sedis Apostolicæ. Ergo si fuerit Conseruator simpliciter Delegatus, fateatur ipse posse cognoscere Nuntium, multò magis quando est Conseruator Ordinarius: cum principaliter ad horum appellaciones Nuntius missus sit, cuius facultas duas habet partes, vt dictum est, & quando Conseruator non comprehendatur in parte, & clausula Delegatorum Sedis Apostolicæ, comprehenditur tamen plene in facultatis parte Ordinarij, & ita inconculsè practicitur in his Hispaniarum Regnis absque vmbra difficultatis.

CAPVT XV.

Monachus, alterve alias ab Ordinario exemptus, & prouisus ad Parochialem, nunquid aliud non exemptum, an remedio retentionis litterarum uti valeat, ut eius causa ad Ordinarium remittatur?

Vbi non ineleganter, quando duorum iura in eadem persona concurrunt, diuersas etiam personas discretiue representet.

SUMMARIUM.

- Exempti immediate subsunt Sedi Apostolica, de quorum causis sui Conseruatores, non ordinari cognoscunt, num. 1.
- Exemptus, ad Parochialem, nunquid non exemptum promotus, coram Ordinario conuenitur in tangentiibus Parochialem, vel munus, n. 2.
- Text. singularis in cap. Capilla, de priuileg. verba adducuntur ad idem, ibid.
- Religiosus, vel alius exemptus, promotus ad Parochialem, non subiectum Prælati Monasterij, eximitur à Prælati potestate, & subintrat iurisdictionem Ordinarij respectu Parochialis, n. 3.
- Exemptus ob Religionem, si ratione Parochialis subiectus Ordinario contrahat, vel delinquat, cognitio pertinet ad Ordinarium, num. 4.
- Ad omnia spectantia beneficium non exemptum, omnes exempti, etiam familiares Cardinalium subsunt iurisdictioni Ordinarij, num. 5.
- Est si familiaris Papa, num. 6.
- Nisi possessio beneficij nondum plene sit questis exempto, num. 7.
- Exemptum ratione rei posse coram Ordinario conueniri, dogma est Rota, num. 8.
- Exemptum rei non exempta ratione Ordinarij subiectum est, quando in eius administratione deget, num. 9.
- Exemptus, effectus Prior Monasterij, coram Ordinario conuenitur, num. 10.
- Officij, vel publicæ functionis ratione exemptus subiectus Ordinarij, num. 11.
- Commissio non subscripta contra exemptum in tangentiibus administrationem non exemptam per Senatium retinetur remissa causa ordinarij, num. 12.
- Concil. Trid. refertur Decretum, quo disponitur, exemptum quemlibet ratione beneficij subesse Ordinarij, num. 13.
- Quod Trident. Decretum singulari exornatur Rota decisionis plures doctrinas mirabiles continente, num. 14.
- Canonici Cathedralis delinquens ratione beneficij Curati à solo Episcopo absque adiuncto Capituli punitendus, ut determinauit Rota, n. 15.
- Qualitate superueniente, in qua aliud ius reperitur, Prior qualitas non impedit iuris operationem respectu secunda, num. 16.
- Regularis, si præest Cura animarum, subest ordinarij iurisdictioni, quod non obstantibus quibusvis exemptionibus plures declarauit Rota, num. 17.

Eadem persona diuerso iure censeri potest, ubi duplicem gerit personam, num. 18.

Qualitas officij præuolat in iis, qua tangunt officium subiectum Ordinarij, num. 19.

Exemptio quantumuis amplissima, nihil prodest exempto assumentis qualitates, ob quas subest Ordinarij, num. 20.

Episcopi, si sunt de aliquo Collegio, sortiantur locum non secundum dignitatem Episcopalem, sed secundum antiquitatem Collegialem, n. 21.

Qualitas, que præuolat respectu iurisdictionis attenditur, num. 22.

Qualitates diuersa possunt concurrere in eodem corpore, ita ut ratione vnus detur exemptio, secus respectu alterius, num. 23.

Qualitas superueniens à iure communi, habens certam determinationem, præuolat exemptioni ex priuilegio, quando cum illa concurrat, n. 24.

Contrahens sub vna qualitate, tanquam talis censetur contrahere, & non tanquam alter ex alia qualitate, quam simul habet, num. 25.

Nec alteri qualitati, cuius respectu non contrahat, contractus prædest nec nocet, n. 26.

Protectio Senatuum datur Ordinarij, quando in Monasterijs virorum, aut mulierum adest Parochialis secularium, si eius respectu imperetur commissio in prima instantia, que pertinet ad Ordinarium ex alio Trident. Decreto hic ad litteram relato, num. 27.

Et de limitationibus vide per idem Decretum, ibidem.

Persona eadem diuerso iure censetur, ubi duplicem gerit vires, num. 28.

Vna persona, aut res diuerso iure censeri potest, diuersis respectibus consideratis, num. 29.

Text. in l. tuorem, ff. de iis, quibus ut indignis, verba notantur, quod discreta sunt iura quantum plura in eadem persona concurrant, n. 30.

Cuius doctrina exempla deducuntur ex variis legibus, & Doctoribus, num. 31.

Iura diuersa concurrentia in eadem persona, inducunt diuersitatem personarum, quia non corporalis, sed intellectualis consideratio habetur, num. 32.

Duobus officiis simul concurrentibus in vna persona, quolibet retinet separatim iura sua, n. 33.

Due persone si considerentur in eodem subiecto, potest vna supplere defectum alterius, n. 34.

Rex simul & Dux in Ducatu consideratur qualitas Ducis non Regis, num. 35.

A Rege iudicanti, vbi Duce appellatur ad superiorem Ducis, omnia Regia qualitate, n. 36.

Dignitas vnaquaque sua retinet iura separabiliter, & iuxtaquam contrahitur, attenditur qualitas, non alterius dignitatis, num. 37.

Ei qui potest representare duas personas, gesta cum eo ex vna, non suffragatur quod aliam, n. 38.

Prælati, seu maioratus possessor, si ex propria pecunia emit in vtilis domini à feudatario, seu emphyteuticario Ecclesie, aut maioratus, non consolidatur vtilitatem cum proprietate dignitatis, aut maioratus, nec eorum heres illud vtile tenetur restituere successori in dignitate, aut maioratu, num. 39.

Prælati, seu maioratus possessor, condemnatus tanquam talis, potest impedire executionem respectu sui iuris personalis, non tangentiibus dignitatem, num. 40.

Iura duorum in eadem persona concurrentia non confunduntur, sed quolibet considerantur de per se,

per se, ac si essent in diuersis personis, num. 41.

Iura diuersarum personarum in vna concurrentia non inferunt diuersas personas; sed diuersa iura, & illa vna persona diuersas representat, num. 42.

Discretina dispositio separat, & arguit diuersitatem, & separationem, ita ut vnum cum alio non confundatur, num. 43.

Qualitates diuersæ in eadem persona possunt simul concurrere, ita, ut ratione vnus sit exemptus, alterius vero sit Ordinarij subiectus, n. 44.

In contractu celebrato coram Papa supplentur omnes defectus iuris positivi, num. 45.

In contractu gesto à Papa, non tanquam Papa, sed persona priuata ex proprio patrimonio, an videtur ei consentire vti Papa, contra Rotam resoluatur, a num. 46.

Autoritas Prælati non informat actus à se gestos tanquam priuato, & in bonis sui patrimonij, ibidem.

Consensu præstitus in actu gesto à representante duas personas contemplatione vnus persona, aut officij non trahitur ad aliam, cuius nomine actum gestus, num. 47.

RELIGIOSOS exemptos immediate subesse Sedi Apostolicæ, & de quorum causis Conseruatores Religiosis, non Ordinarij (à cuius iurisdictione exempti reperiuntur) regulariter cognuntur, abunde deduximus supra hac 2. part. cap. 11. per totum.

Nihilominus tamen, si aliquis Religiosus, aliter exemptus tamen à iurisdictione Ordinarij prouideri contingat de aliquo beneficio Curam animarum habere, alii deue ad munus, vel administrationem, aliis non exemptum promoueat; Ordinarij, cuius iurisdictioni sub esse, ita ut nullo exemptionis priuilegio uti valeat contra eum quoad negotia, & administrationem tangentia omnino separatim à causa priuilegij, & exemptionis; probat text. mirabilis in cap. cum Capella, 26. in ordine de priuilegijs, in hac: Cum Capella Ducis Burgundie gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quod nullus Archiepiscopus, vel Episcopus in personis Canonicoꝝ eiusdem Capelle suspensionis, vel excommunicationis, aut interditi sententias audeat promulgare: quidam Capelle supradictæ Canonici, qui Parochiales Ecclesias à te tenent occasione priuilegij prælati, in his etiam quarum iurisdictioni ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque grauius interdum excedant, tua correctioni recusant, & sententia subiacere. Quocirca mandamus quatenus in quantum exempti sunt, eiusdem ratione Capelle Apostolicæ priuilegium deferat reuerenter, sed in quantum Parochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eisdem libere persequeris.

Ece igitur singularem text. præteruauent Ordinarij iurisdictionem tamen in exemptos, ut ea liberè queat uti in his, que tangunt administrationem Parochialis Ecclesie, alias non exemptæ, quantumuis per exemptum possella, quod & probat expressè Glof. in verb. ad Clausuram, in Clement. 1. §. ad hoc, de statu Monachorum, ex qua communiter notant DD. quod Religiosus promotus ad beneficium Parochiale, si Ecclesia illa nullatenus subiciatur Prælati Monasterij, eximitur ille ab obedientia, & potestate

Prælati, & Monasterij regularis, & incipit subiectus esse imperio, & iurisdictioni Ordinarij, cui illa subest Ecclesia, ut per Nauarrum comment. 2. de Regularibus, num. 6. Frater Emanuel Rodriguez quest. Regularium, tom. 1. q. 34. art. 6. & 7. August. Barbol. in collect. ad Clem. 1. n. 10. Pater Sanchez in Præcepta Decalogi. lib. 6. cap. 6. n. 36. Ioan. Petri Moneta in tract. de consuetud. c. 6. n. 51. vbi bene explicat, & cap. 7. n. 262. quibus locis plures constitutiones Pontificales, & Decreta Concil. Trident. ponderat in proposito.

Et ided dicunt Franchus in cap. 1. §. illum, n. 4. de verbor. signific. in 6. † Quod exemptus secundum quid, putat, propter Religionem, seu ratione rei, seu loci, si obtineat Ecclesiam Parochialem, vel alia officia, quorum administratio, & regimen, seu cognitio ad Episcopum Ordinarij spectat, si illorum ratione vel contrahat, vel delinquat, iurisdictioni contra illum ad Ordinarij spectabit, tenet etiam Couar. practicum q. c. 1. n. 5. Erasmus à Cochier in tract. de iurisdictione Ordinarij. in exemptos, 2. p. q. 45. n. 6. tom. 1.

Et ga ea namque omnia, que spectant ad beneficium non exempta, & omnes exempti etiam si sint familiares Cardinalium, subsunt iurisdictioni Ordinarij, probat Nauarrus confil. 9. de iurisdictione. Thomas Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. exemptio, num. 4. & 2. Abb. in cap. dilecti filij, num. 9. versic. Nota, de foro competent. vbi doctè explicat tam in familiari Papa, & quam in quouis alio exempto, ut ratione beneficiorum possit conueniri coram Ordinario Episcopo, & Calderinus confil. 3. & confil. 4. vbi declarat limitans, si possessio officij, seu beneficij nondum plene esset acquisita exempto, sequitur Erasmus à Cochier, de iurisdictione in exemptos, 2. p. q. 45. sub num. 6. & num. 67. qui quidem dicit, num. 6. ad fin. ita intelligendum esse dogma, † de quo Rota nouissima decis. 702. n. 1. part. 1. dum dicit, quod exempti possunt conueniri coram Ordinario ratione rei, quantumuis exemptio lata sit, vbi etiam ipse Choquier declarat Felinum in cap. fin. num. 6. versic. Vide omnino, de foro compet. qui contrarij videbatur firmare.

Atque generaliter ratione officij exemptus subiectus est Ordinarij iurisdictioni, & nam ratione rei non exemptæ, veluti, si quis exemptus assumatur ad regimen loci non exempti, qui quidem tandiu subest Ordinario quantum ibi deget, ut per dicit. cap. cum Capella, vbi Innocent. & DD. de priuilegijs, probant Brixienf. in repertorio, in verb. exemptio, col. 7. Capitulus decis. 59. num. 2. vbi per cap. 1. de priuilegijs, lib. 6. dicit, quod licet aliquis sit exemptus, & si tamen efficiatur Prior Monasterij, 10 conueniri possit coram Ordinario, & ad idem Nauarrus confil. 19. num. 9. de Clericis non resident. p. 1. Erasmus à Choquier in tract. de iurisdictione ordin. in exemptos, 2. p. cap. 45. num. 5. tom. 1. qui quidem num. 54. & 55. rectè probat, † quod 11 exempti conueniri possunt coram Ordinario ratione officiorum, seu publicarum functionum, ex l. unica, vbi expressè Castrensis, C. in quibus causis milit. fori præscription. Authentic. ut iudices sine quoquo suffrag. §. nolumus, in fin. leg. 2. Cod. vbi de Curiali, vel cohortal. probat etiam Calder. in confil. 13. & 14. de foro competent.

Quare omnino fatendum erit, quod si exemptus à iurisdictione Ordinarij tamen promotus fuerit ad officij, seu beneficii non exempti ius respectu,

& contemplatione indubie Ordinarius erit iudex competens, cuius iurisdictioni subiectus erit, atque ideo si commissio impetretur contra exemptum ad illum conueniendum super re tangente administrationem suae Ecclesiae non exempta, siue officij, prout haecenus probauimus; poterit tam ipse, quam Episcopus Ordinarius necnon Fiscalis Regius petere à Senatu hoc Supremo remissionem huius causae ad Ordinarium omnino faciendam in prima instantia.

Maximè, quia haec commissio repugnat Concilio Tridentino Decreto expresso in sess. 24. de reformatione, ibi: *Quae vero privilegia reseruantur in Curia Romana vigore Eugenianae Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent ea in his, quibus beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione praedictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneant, non obstantibus quibuscumque inhibitionibus, &c.* Aliud est etiam expressus Trident. Decretum, sess. 25. de Regularibus, c. 11. de quo statim mentionem faciemus.

Quod quidem Decretum clarè patet, vt respectu beneficiorum Ordinarij iurisdictioni subiecti exempti, minime inhibitione aliqua obstantè, et hocque Trident. Decretum exornatur ex mirabili Rotae decisione in vna Salmantina iurisdictionis 17. Decembris 1562. in hac: *Fuit iterum proposita causa super maintenance ob praerogationes R. D. Episcopi Salmantini, impugnantis nonnulla Capitula decisionis aliàs facta sub die 27. Iunii proxime praeteriti. Et primum quantum ad caput exemptionis R. D. Scholastici tanquam Canonici, & de iure subditi iurisdictioni Ordinarij Episcopi: Domini censuerunt, eam exemptionem concernere tantum personam in iis, & quae tangunt Conservatoriam, non autem extendi debere contra iurisdictionem Ordinarij Episcopi, sub qua subestratione beneficij, cum sit Canonici, seu dignitas in Ecclesia Cathedrali iuxta dispositionem text. in cap. cum Capella, de privilegijs, innotatam à sacra Synodo Tridentina in cap. 11. de reformatione, sess. 24. quod maxime probari videtur ex ratione exemptionis considerata per Clem. 7. quia Rector & Scholares litterarum sapius pro rebus suis in partibus remotis defendendis intermittere cogebantur, quae ratio non applicatur Scholastico Salmantino vti Canonici in Ecclesia Cathedrali, &c. quae decisio reperitur inter Recollectas per Seraphinum decisi, 595.*

Similis etiam alia est Rotae decisio in vna Barenensis concordia 24. Ianuarij 1594. in hac: *Fuit dubitatum, si personae Ecclesiae Barenensis obtinentes extra Ecclesiam beneficia Curam animarum habentia, in Curae exercitio, & administratione delinquerint, an contra illas sit procedendum iuxta formam concordiae, vel potius solus Archiepiscopus procedere valeat absque adiunctis, &c.* Et postquam in dicta decisione plura hinc inde fuere deducta, ita prosequitur in hac: *Hinc fit, vt quotiescumque superueniat aliqua & qualitas, in qua aliud ius statutum reperitur, Prior illa qualitas non impedit, quinominus respectu alterius qualitaris non sit seruandum ius de ea specialiter disponens, quod appertè colligitur ex Decreto Concil. Trident. sess. 25. de regularibus, vbi habetur, quod si regularis praestit Curam animarum, subest iurisdictioni Ordinarij, quod in pluribus causis non obstantibus iuris exemptionibus, resolutum*

fuit prout in Carthaginensi iurisdictione die 19. Octobris 1579. coram Cardinali Lancelloto, & prout etiam in Salmantina exemptionis 25. Iunii 1594. coram R. P. D. Pennia. Et ratio est euidens, quia eadem persona diuerso iure ceteri potest, & vbi duplicem gerit personam, c. 18. cum olim, de re iudicat. cap. ex litteris, de probationib. & l. si Consul, de adoption. praevaleat itaque debet qualitas illa officij, & propter quam Canonici efficitur subditi solius Episcopi, nec tunc vti Canonici, sed vti Curam habens animarum, vel eius administrationem iudicari debet. Itaque si in iis, qui sunt verè exempti personalibus exemptionibus amplissimis, & exemptio nihil prodest, vbi fiunt qualitates, ob quas subiciuntur potè Ordinarij: multò magis casu isto, in quo non per vim exemptionis, sed concordiae tribuitur facultas Capitulo vna cum Episcopo de delictis Canonico iure cognoscendi; nam strictè interpretari debemus, vt non comprehendat casus, in quibus qualitas superueniens facit cessare respectum qualitatis, cuius intuitu concessum est privilegium; & hoc addò verum est, vt hac ratione Episcopi, & Praelati, & si sunt de aliquo Collegio, fortiantur locum non secundum dignitatem Episcopatus, sed secundum antiquitatem dignitatis Collegialis. Abbas in c. postulasti, de concessione praebend. Calaneus in Carthago Gloria mundi, 4. p. considerat. 45. gloss. in c. à collatione, & ibi Geminianus n. 6. Franch. n. 4. de appellat. in 6. Et fuit de hoc dictum aliquid supra in Romana praerogativa sub die 16. Decembris 1585. n. 14. & 15. Ideo non stare ex aduerso deducta. Nam Primo, quod dicitur de generalitate, & praerogativa verò, etiam gemiturum, facit quidè vt comprehendantur omnia delicta quantumcumque graua, & vbiuis locorum commissis à Canonici, & ita intelligenda est decisio Congregationis Concilij, sed non possunt operari, quinominus, si superueniat alia qualitas, & quae in illo casu praevalet, illa non debeat attendi, vt in simili habetur, quod in eodem corpore possunt concurrere diuersae qualitates, ita vt ratione vnus detur exemptio: & secus verò ratione alterius, vt per Geminianum in cap. exemptionem, n. 4. & Franch. in 4. notabilis, de privilegijs, in c. 116. nec obitare doctrin. Anton. Butr. in d. cap. tuarum, quia licet Canonici non sint privilegiati ratione loci, sed personae, tamen in hoc privilegio considerata est praecipue qualitas illa Canonici, cuius contemplatione & ita dispositum fuit, cui si superueniat alia extrinseca qualitas, quae habeat à iure communi certam determinationem, secundum illam iudicandum est, vt in exemplis allegatis: ita pariter, si quis contrahit sub vna qualitate expressa, & tanquam talis censetur contrahere, & non tanquam alterius qualitaris, quam habeat, Abb. in consil. 15. lib. 2. in princip. Roman. cons. 88. in princ. Alciat. cons. 3. n. 14. lib. 2. Purpurat. cons. 14. n. 11. Aegidius decisi, 5. & 423. & est communis conclusio post Bart. in l. 1. §. nuntiatio de operis noni. nuntiat. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 10. gloss. 1. n. 4. & sic tanquam alius, & in alia qualitate, & nec prodest, nec noceat illius actus. Tiraquell. lib. 1. gloss. 9. n. 140. & ita maior pars dominorum censuit, &c. Quae decisio habetur etiam apud Seraph. decisi, 1038. Ex alio etiam Decreto eiusdem Concilij Trident. sess. 25. cap. 11. de Regularibus, hac protectio competit

competit Senatui, vt in his casibus ad Ordinarium remittat primam instantiam, siue à Nuntio, siue à Delegato ex commissione Apostolica non subscripta fuerit occupata, aut praevienta, vt ex eius Decreto patet in hac. In Monasterijs, seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum Cura personarum secularium, praeter eas quae sunt de illorum Monasteriorum secularium familia, personae tam regulares, quam seculares huiusmodi curam exercentes subint immediatè in iis, quae ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sita, nec illi aliqui etiam ad nuntium amobiles deputentur, nisi de eiusdem consensu, ac praevio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, exempto Monasterio Cluniacensi cum suis vicibus, & exceptis etiam iis Monasterijs, seu vicibus, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, atque alios Monasterijs, seu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regulares superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiora in praedicta loca, vel persona iurisdictionem exercent. Cuius etiam Decreti meminit Rota in d. Burenij, vt per Seraphinum vbi supra n. 4. Eandem rationem, qua vitur Rota in dict. decisi, 1038. n. 6. & apud Seraphinum ex cap. cum olim, de re iudicata, cap. ex litteris, de probationib. l. si Consul, ff. de adopt. vt eadem persona diuerso iure ceteri potest, vbi duplicem gerit personam; exornauimus latissimè pluribus doctrinis videndis in tract. de Regia protect. 4. part. cap. 8. à num. 267. cum segg. & superius à num. 276. & hoc eodem tract. de supplicatione, & Reten. Bullarium, 1. part. cap. 12. vers. Quibus consonas, à num. 16. cum segg. & solum, tacite etiam, quoniam conclusio illa, quod vna & eadem res, & persona non potest diuerso iure & ceteri, fallit diuersis respectibus consideratis, quia tunc bene compatitur, vt probant Anton. Monach. in decisi, Florent. 67. num. 9. Rota decisi, 669. n. 3. apud Farinac. 1. part. recent. Sacerdotali variat. resolu. 1. part. quest. 26. num. 15. Barboza axiom. 135. n. 7. Facit etiam mirabilis text. in l. tuorem, ff. de his, & quibus vt in dignis, ibi: *Discreta enim sunt iura, quamuis plura in eadem persona deuenierint, aliud tenoris, aliud Legatarij, &c. quam exornauimus abundè in dict. cap. 8. à num. 267. cum multis segg. textus etiam in l. si non subscripsisti, vt fideiussor. 25. Cod. de administr. iuror. iunctis*

alijs pluribus exemplis, quae deducuntur & ex l. 1. §. solet, in fin. ff. quando appellandum, l. duorum, ff. de operis liberi. l. procuratores, §. si plures, ff. de tributaria actione. l. cum quaedam. Cod. de administr. iuror. cap. ex litteris, de probationib. cap. cum in Ecclesia, & c. postulasti, de concessione praebend. lib. dict. cap. à collatione, eodem lib. vbi DD. alia notant, & latè Lappus allegatione 99. Calderinus cons. 229. in fin. alias 7. in d. de praebend. Bart. quest. 15. in princ. vers. Quarto proba. Abbas in cap. quamuis, de officio Delegat. Baldus cons. 167. lib. 1. Paulus Caltren. cons. 250. & 513. lib. 1. Romanus cons. 422. & in singulari 76. incipit Scholaris, & in l. 1. ff. de verborum obligation. Fulgolinus cons. 218. Socinus consil. 87. volum. 1. Decius in l. rogasti, in princip. num. 7. ff. si certum petatur. Rebuffas in concor-

dat. tit. de collationibus. §. si quis iure, in vers. Dispositione, Chafaneus in Catalogo gloria mundi, part. 11. consideratione 12. in fin. Menochius de recuperand. rem. ed. 1. num. 36. & consil. 902. num. 71. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 111. num. 13. & iterum cap. 298. à num. 26. cum multis segg. Cardinal. Tulch. practicar. conclus. littera P. verb. persona, conclus. 317. Doctissimus Praeceptor meus D. Ioannes à Solorzano, in insigni tractatu de Indiarum iure, lib. 2. cap. 21. à num. 6. & segg.

Vbi omnes resoluunt, quando in vna persona concurrunt diuersae iura, & quibus medianibus diuersas personas representant, non est iudicanda tanquam vna, sed tanquam plures, & quod actio & passio in tali subiecto cadere potest, quia non corporalis, sed intellectualis eius consideratio habetur, de quo planè etiam innumeros citans agit Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 28. num. 11. & segg. & de retractu Lignagier. §. 1. gloss. 18. num. 21. & segg.

Et arduè doctrina Gloss. & aliorum in cap. 1. ne Sede vacante, & in l. 1. ff. de legas. 1. quod quando adiuuicem iunguntur duo officia, & vtrique retinetur in sua, quam sequitur B. in l. si conuenierit, §. nuda, de pignorat. action. insignis vir ille non satis laudatus D. Ioannes Baptista Valenquela Supremi huius Regij Consilij Senator dignissimus in consil. 69. num. 21. vbi etiam num. 37. resoluat, & quod quando consideratur diuersa persona in eodem subiecto; potest vna iuuare alteram, & supplere quod in non habeat, argument. l. 2. C. de omni agro deserto, lib. 11. quae doctrina non sine periculo transit, si generaliter, & absolute accipiat, propterea reducenda, & declaranda erit ex copiosè dictis, & vtriusque dicendis.

Et facit, quod quando Rex simul est Dux, in Ducatu consideratur vti Dux, & non vti Rex secundum Federic. de Senis consil. 220. column. fin. Gabriel consil. 195. num. 9. volum. 2. Surdus consil. 19. num. 33. idè quae si Rex iudicat vt Dux, & appellatur ad superiorem in Ducatu, non attendit Regia dignitate. Bart. in l. si quando. Cod. de appellationibus, Igneus in l. necessarios, §. non alias, num. 428. ff. ad Syllaniam. Milingetius Cenur. §. obseruat. §. Aponte decisi, 2. & alij relati à Mastillo de Magistratibus lib. 3. cap. 8. ex num. 32. & Gratianus dict. cap. 298. num. 49. Doctor Solorzanus vbi proxime num. 13. qui huius rei rationem reddunt, nempe quod vnaquaque dignitas retinet suam pristinam naturam, & secundum actum, quem gerit, consideratur, neque in eo vlla alterius persona, vel dignitatis ratio habetur, vt probatur in l. 1. vbi Bald. ff. de officio Consulis, idem Bald. consil. 167. num. 1. lib. Parilius de resignatione beneficior. lib. 12. quest. 10. num. 14. & 15. Menochius consil. 58. num. 7. Surdus consil. 91. n. 19. & consil. 183. num. 42. & 43. & consil. 365. ex num. 22. vsque ad 27. vbi hoc pluribus exemplis confirmat.

Est ad praedicta elegans Rota decisi, 367. num. 1. in fin. vt in posthum. Farinacij tom. 2. in hac: *Primo, quia Valensium non habuit penes se dictas pecunias tanquam emptor, sed tanquam depositarius, & non est necum in iure, quod quis representet duas personas, & quod gesta cum eo ex vna persona non suffragentur quoad aliam, iuxta notata per scribentes in l. tuorem, ff. de his quibus, vt indigni. Bald. consil. 167. num. 1. in fin. lib. 2.*

394. num. 2. lib. 4. Romanus consil. 88. in princip. Caltrensis consil. 256. in princip. & consil. 312. num. 1. lib. 1. Alexander consil. 87. num. 15. & sequent. lib. 6. Calderinus consil. 8. in fin. de prebend. Surdus decif. 310. num. 12. &c.

Conducit recte elegans illa doctrina, quod quando possessor maioratus, et aut dignitatis, qui eius ratione, et iure habet rei proprietatem tantum & non vile dominium; tamen si ex propria pecunia, aut donatione, aliòve titulo ex propria persona non iure maioratus, vel dignitatis acquisiuit vile dominium à feudatario, vel emphyteuta, seu usufructum ab usufructuario; non consolidatur cum proprietate, nec illud debet maioratus, aut Prælati hæres successori in dignitate restituere, quia considerantur iura diuersa, & discreta in eadem persona, latissime plura cumulat Giurba decif. 92. per totam, optimè explicat Pergrin. de fideicommiss. art. 10. a. n. 1.

Vide supra cap. 12. part. 1. a. num. 11. & a. n. 16.

40. vers. Quibus, et ubi vna persona conuicta, & condemnata ratione officij, administrationis aut maioratus, potest executionem impedire ratione sui iuris, & ex propria persona, ubi alia familia concessimus, & supradictis bene conducit Rota, vt per Alexand. Ludouic. decif. 252. n. in hæc: Et ob id sustinebat duplicem personam,

41. nec confundatur ius Archiepiscopatus cum et nec administratione ius Archiepiscopatus cum administratione Communitatis, sed vnumquodque considerabatur de se, tanquam si duo fuissent persone, l. 1. vbi Baldus, ff. de officio Consulis. Socinus in l. cum silium, num. 28. ff. de legat. 1. &c. Et ipse Ludouic. decif. 53. n. 7. ibi: Et non inferuntur diuersas personas, sed diuersa iura a potentia Marchioni Alphonsio superius expressa, videlicet, ius hereditarium, & ius fideicommissi, possunt etiam iura diuersarum personarum in vna persona concurrere, ita vt plures personæ representet, l. iustorem, ff. de iis, quibus vt indignis. Bald. consil. 167. circa finem, lib. 1. idem Bald. consil. 7. in fin. Paulus de Castro consil. 50. in princip. lib. 1. &c.

Conducunt etiam, & bene, que de discretiua dispositione dicunt iura, et Doctores, vt excludat, separet, & arguat diuersitatem, & separationem, ita vt vnum cum alio non confundatur, vt late videndum erit in l. hæres meus. §. duo statua. ff. de legat. 3. l. cum delationis, 18. §. cui fundum, ff. de fundo instruendo, Hieronymus Gabriel consil. 95. n. 7. lib. 2. Castillo controuers. tom. 5. cap. 91. num. 83. vers. Deinde ad medium, & per discursum, & cap. 92. sub num. 32. & multa post Suttum, & Menochium, per Oliuerum Beltramium in Annotat. ad Alexand. Ludouic. decif. 30. n. 18. & 372. num. & 434. num. 6. apud quos latius videbis de dispositione, & loquutione discretiua, & eius separatione.

44. Circa aliam autem rationem, et quam reddit eadem decif. Seraphini 1058. num. 8. quod in eodem corpore possunt concurrere diuersæ qualitates, ita vt ratione vnus detur exemptio, scilicet vero ratione alterius, ita vt ex hac possit subesse Ordinario, vt per Gemianum in exemptionem, n. 4. & Franchum notabili, 4. de priuileg. in 6. probant etiam Capitius decif. 48. n. 2. quia potest quis esse pro parte exemptus, & pro parte subiectus, vt docet Philip. Franch. in cap. si Papa. §. & est, n. 2. de priuileg. in 6. & alij relati à Cochier in tract. de iurisdic. ordin. in exemptos, 2. p. 9. 45. n. 6. tom. 1. vbi per totum caput videre poteris

plures casus à se cumulat, in quibus exemptus ab Ordinario ei subest, exemptione minime obstantè.

Ex his manifestè conuincitur resolutio Rote in vna Casalis, et coram Seraphino inter recollected per Marchesan. de commiss. tit. de signat. gratis diuersa, part. 1. cap. 2. que in ordine est decif. 24. fol. 118. qua postquam probauit, in contractu facto coram Papa, suppleri omnes defectus, & sic bene placitum S. A. de quo dubitabatur, in n. 2. ita ait: Non obstat quod Leo Papa contraxerit tanquam persona priuata, & vti Ioannes Baptista, quia hac restrictio eo pertinet, vt non acquireretur Casale Sedis Apostolicæ, sed ipsi Leoni tanquam priuata persone, eiusque hæredibus, & successoribus. Sed non ideo minus potest dici non interuenisse consensum ipsius, ratione solemnitatis vti Papa, diuersa est enim ratio inter vtrumque casum: nam respectu acquisitionis considerari potest duplex persona in Leone, respectu vero consensu minime, non enim poterat vti Ioannes Baptista consentire huic contractui, & vti Leo Pontifex dissentire, & ideo non placuit illud, quod dicitur effectum scientiæ diuini posse, quia hic non de scientia, sed de consensu agitur, qui est indiuisibilis in vna, eademque persona, &c.

Cui decisioni cuncta iuris principia resistunt, et prout hæcenus scripsimus; et quia auctoritas Prælati tanquam Prælati non informat actus à se gestos, tanquam priuato, & in bonis sui patrimonij, vbi alias actus ipsi requirunt auctoritatem Prælati, ita Nauart. consil. 7. n. 1. & 2. incipit, de Capellania, & Præbenda, quem sequitur Gonzalez gloss. 5. a. num. 11. Et quod dicitur in dict. decisione, quod consensus est indiuiduus, quia non poterit vti priuata persona consentire, & vti Papa dissentire, contrarium verius est, vt vidimus in omnibus contractibus, et actibus extra iudicialibus, quàm iudicialibus gestis à representante duas personas, aut dignitates, vt consensus præstitus vti ab vna, nihil influat in aliam, prout late hoc cap. & in dict. cap. 12. part. 1. & est expressa decif. Burgens. superius adducta à num. 16. & signanter ibidem à num. 25. ita vt contractus, & consensus respectu vnus qualitatis nec profit, nec noceat in alia qualitate, cuius intuitu nec contractus, nec consensus, ex plurimis Doctoribus citatis, & sequentibus ab eadem decisione supra allegata à num. 26.

Et insuper quod consensus ratione officij nihil operetur respectu iuris proprii, vt in Iudice, & Tutore ad iura expressa l. cum quadam. C. de administratione tutor. l. si non subscripsisti, eodem tit. l. aduersus. §. tutoribus, ff. de iustic. testament. §. si tutor instit. eodem tit. latissime Gallerat. de renuntiat. lib. 5. cap. 10. à num. 10. & 13. & per totum. Antou. Gabriel commun. conclus. lib. 3. tit. de rerum alienat. cõcl. 2. à num. 1. & à num. 20. & lib. 1. tit. de presumptionibus, conclus. 3. à num. 20. Menoch. consil. 68. num. 7. Tiracuell. de retract. limag. à num. 270. & supra, vbi de iudice Authorizante, & Galleratus dict. lib. 5. cap. 9. n. 6. qui plurimos alios allegant; alias plurimas doctrinas euincentes hunc articulum videbis in discursu totius huius cap. præfatum à num. 28. cum multis seqq.

CAPVT XVI.

Commissio non subscripta impetrata ad cognoscendum super iurisdictione ordinaria prætensa per Prælatos inferiores Episcopo, an per Senatam retinenda, ita vt ei vti Ordinario remittatur prima instantia?

S V M M A R I V M.

Super iurisdictione prætensa per Prælatos inferiores Episcopo, an iste in prima instantia sit competens, num. 1. & seqq.

Super exercitio iurisdictionis, an in aliquo casu exercenda sit, cuiuslibet iudici competat cognitio, an sua sit iurisdictione, num. 2.

De iurisdictionis iure, si in possessione, aut in proprietate contentatur, non de nudo eius exercitio, Iudex ipse cognoscere nequit, quia agitur de causa propria, num. 3.

Super exemptionis exceptione Ordinarium non posse cognoscere, qui tenent, num. 4.

Super exceptione, quod locus contractus, vel delicti non sit de iurisdictione citatus ipse cognoscit, num. 5.

Super exceptione exemptionis opposita coram Ordinario ipse cognoscere nequit, num. 6.

Super iurisdictione prætensa per Decanum, aut Archidiaconos in criminalibus, & matrimonialibus, ex immemoriali cognoscit Ordinarius in prima instantia, num. 7.

Et interim quod per tres conformes sententias probatur, Ordinarius Episcopo exercet, & manentur, ibidem & num. 14.

Episcopus, licet in causa tangente suam personale interesse Iudex esse nequeat, potest tamen in tangente suam dignitatem, & Ecclesiam, num. 8.

Commissio super iurisdictione prætensa per Prælatos inferiores inferiores Episcopo absque subscriptione in prima instantia retinetur in Senatu, causa cognitionis Ordinario remissa, num. 9.

De iurisdictionis proprietate, aut possessione quis cognoscit, quando competit ratione dignitatis, non sua persone, & proprii iuris, num. 10.

Episcopus Ordinarius in causa sua Ecclesia potest redargui suspectus, dummodo recusationis causa ante omnia proponatur, num. 11.

De exemptione competente ex priuilegio, non consuetudine Ordinarius non cognoscit, n. 12.

Controuersia super priuilegio Sedis Apostolicæ ad ipsam pertinet, num. 13.

Episcopus manentur in iurisdictione prætensa per Decanum, & Archidiaconos ex immemoriali, interim dum ista per tres conformes probatur, num. 14.

In iurisdictione per inferiores Episcopo prætensa ex priuilegio, ipse non Episcopus manentur, donec sententia de quasi possessione, num. 15.

Text. in cap. cum persona de priuileg. in 6. interpretatur, & declaratur, num. 16.

Possessio sola non iustificata cum titulo, saltem colorato, non sufficit ad manentem contra habentem iuris assistentiam, num. 17.

Cap. cum persona de priuileg. in 6. latissime, & singulariter declaratur, & interpreta-

tum per Rotam, à num. 18.

Priuilegium, quando simul cum possessione allegatur, sufficit ad manentem, cum eo casu possessio non sit adeo infecta, nec habeat tamam iuris resistenciam, num. 19.

Cognitio omnium causarum ad Episcopum de iure, non ad inferiorem pertinet, num. 20.

Iurisdictione ad inferiorem Episcopo potest ex consuetudine, & prescriptione adquiri, n. 21.

Priuilegium recipit interpretationem ab usu, n. 22.

Trid. in cap. 20. 1. ad hæc, ses. 24. de reformat. & declaratione S. Congregat. non procedunt quando ab inferiore allegatur cum immemoriali priuilegium, num. 23.

Pro cuius clariore expeditione dua singulares recensentur Rota decisiones, num. 24.

Exemptionem allegans supponit antecedentem subiectionem, & Diocesim, num. 25.

Episcopi ex iuris assistentia manentur in iurisdictione ab alio prætensa, num. 26.

Et eo magis quando docet de exercitio iurisdictionis, num. 27.

Causa vniuersalis magis attenditur quam exercitium, & actus, num. 28.

Priuilegium per Episcopum concessum super exemptione, an valeat in preiudicium successorum, num. 29.

Ad manentem Ordinarii excludendam non sufficit sola priuilegij ostensio absque possessione exemptionis non violenta, nec clandestina, num. 30.

D. cap. cum persona emanauit ad fauorem ordinaria iurisdictionis, num. 31.

Ordinarius exercens iurisdictionem in vna parte Diocesis constituitur in possessione quoad omnes, altero specialiter non possidente, num. 32.

Ex priuilegio sola exhibitione (quod respicit petitorium) non priuatur Ordinarius possessione, num. 33.

Priuilegij sola exhibitio exemptionis non impedit manentem, num. 34.

Subditus non constituitur in possessione exemptionis in eo, quod non appareat in illum non exercuisse iurisdictionem superiorem, nisi probetur casus contingentia, & ipse exercere volens fuisset repulsus, num. 35.

Argumentum à contrario sensu non valet ad inducendam correctionem iuris, num. 36.

Priuilegium exhibens, si est in quasi possessione, impedit manentem Episcopi, non aliter, num. 37.

Rota decifio recensentur ad idem, à num. 38.

Episcopus habet in iurisdictione fundatam intentionem de iure, ibid.

Maximè in criminalibus, & matrimonialibus vigore Concilij, in quibus, cessi inferior alleget immemorialem, Ordinarius manentur, donec per tres conformes cognoscatur, num. 39.

De priuilegio, & possessione docent inferior manentur in iurisdictione criminalium, & matrimonialium, num. 40.

Episcopus, sole assistentia iuris nitens, non obtrinet manentem iurisdictionis, docto de priuilegio, & quasi possessione contraria, n. 41.

Probatio dubia in temporis percussione non releuat, num. 42.

Declarationes Tridentinæ circa manentem Ordinarii in iurisdictionibus intelliguntur, quando inferior prætendit iurisdictionem ex immemoriali dumtaxat, scilicet quando ex priuilegio